



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 65. Quædam propositiones de amoris Divini præcepto censuris notatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. Regis literæ, quibus Magister Broqu<sup>1</sup>  
A.C. 1722 tus a Doctoratus honore excludebat  
 eo quod in sermone in honorem S. Ursulae habito Doctores a Clero Gallicano  
 damnatos, & a Facultatis gremio ex-  
 clusos summis præconiis celebrasset.

## §. LXV.

*Quædam propositiones de amoris D<sup>r</sup>  
 vini præcepto censuris notatae.*

Dorsann.  
 l.c. p. 121.  
 Annal des  
 Jes. t. I.  
 pag. 175.  
 Cabref.  
 tract. de  
 act. hum. c. 3.  
 Thes. 5.  
 Ann. 1722.

Sub idem ferme tempus Pater Cabref spinus Jesuita Theologiæ Professor apud Tourouvreum Rutenenensem Episcopum accusabatur, quod anno priori in suo tractatu de Actibus humanis quasdam tradidisset doctrinas quibus præceptum amandi Deum eveneretur, & probabilismus eo tempore quo ab aliis acrius impugnabatur, testificijs defenseretur ac denique error de peccato Philosophico innovaretur. Inter alias vero ejusmodi propositiones erant sequentes:

„Dico tertio omissis variorum varijs opinionibus . . . certum videtur fieri „obligationem diligendi Deum super omnia scilicet.

I. „Tempore, quod fluit post usum rationis, ita ut non multum moraliter postquam quis cognovit Deum esse ultimum finem suum, & ut talem dilectionem

„genuit

,gendum, tunc tenetur actum amoris **Sæc.XVIII,**  
„Dei super omnia elicere. **A.C. 1722.**

II. „Aliquoties in vita, ita ut prud-  
„dentium arbitrio non multum morali-  
„ter currat tempus absque iterato actu  
„amoris Dei super omnia.

III. „Quoties ita urget gravis ten-  
„tatio odii Dei, & periculum grave sit,  
„ne quis actum odii in Deum eliciat,  
„nisi amoris actum exercuerit.

IV. „Cum quis tenetur actum con-  
„tritionis elicere, ut peccatorum ve-  
„niam consequatur, extra Sacramen-  
„tum pœnitentiæ v. g. cum in Articulo  
„mortis caret confessarii copia.

„Dico I. obligationem illam, (a-  
„mandi Deum super omnia) stare pro-  
„semper, si sumatur quatenus pendet a  
„præcepto negativo: Nullum est enim  
„tempus, quo non sit prohibitum Deum  
„odio habere. „

V. „Probabilius videtur hominem  
„non teneri agere semper ex motivo  
„hon. statis moralis. „

VI. „Momenta, quæ adstruere vi-  
„dentur necessitatem agendi semper  
„propter finem moraliter honestum, eo-  
„dem modo probant obligationem a-  
„gendi semper propter Deum, aut va-  
„lere ad ultimum finem, aut ad me-  
„stendum, sed hæc omnia falsa sunt. „

Sæc. XVIII. Has pluresque alias propositiones  
A. C. 1722. integra fide ex suis scriptis decerpta  
 esse fatebatur Cabrespinus, cui Episcopus articulos ejus erroribus oppositos & Cleri Gallicani declaratione Anno 1700. necnon instructio Pectoral quadraginta Episcoporum consonos proposuit, postulans, ut eis, necnon revocationi sibi propositæ subscriberet. Se facturum pollicetur Jesuita, ineunte tamen Mense Martio Præfuli significabat, se hanc revocationem Tolosam suum misisse Provincialem, ab eo tempore prohiberi, quominus ei subscribearet, quocirca nonnisi quamdam sua doctrinæ declarationem ad Episcopum transmisit: cum vero ea potius apologia, quam palinodia esset, Episcopus ut suæ Diæcessis Clerum adversus hujus Professoris doctrinam præmuniret, singularas ejus propositiones die decima quinta Martii censuris perstrinxit, Cabrespinus concionandi & Confessiones excipiendi facultatem ademit, necnon Scholaribus insinuavit, nullum, qui frequentarum Scholas deinceps esset fermentarius, ad sacros Ordines admisumiri; quapropter confessim ferme omnes sese Patrum Prædicatorum magisterio dicabant.

§. LXVI